Orzel quietat Iaczimirskie

Constans personaliter coram officio actis praesentibus castrensibus Premislien. Nobilis Lucas Orzel a Mire de foro districtus sui quibusvis propriis heredes et huius castri Premislien. iurisdictioni se submissores cum bonis suis in toto quo ad hunc actum incorporandum subiiciendo, sanus mente et corpore existens publice volens et per expressum recognovit quia a Generosis Christophoro et Andrea Iaczimirskich recepit et manualiter tulit summam quinque mille florenorum pecuniae monetae polonicae sibi per eosdem Iaczimirskie coram actis castrensibus Premislien. in quovis inscriptis bonis asseruatam. Racione cuiusquidem levationis et receptionis summae praedictos Generosos Christophorum et Andream Iaczimirskich successoresque eorum de summa eadem quinque mille florenorum pecuniae perpetue quietat. Inscriptionem eandem terrestrem Premislien. cum omnibus eius conditionibus in toto cassat mortificat et in nihilum redigit. Sibi et suis posteris [illegible] perpetuum imponendo silentium.

Idem quietat Andream Iaczimirski

Coram officio actis praesentibus castrensibus Premislien. personaliter stans Nobilis Lucas Orzel a Mire de foro districtus sui propriis heredes Iuri vero iurisdictioni castri Premislien. se successores cum bonis suis quoad hunc actum incorporandum sanus mente et corpore existens publice volens recognovit quia a Generoso Andrea Iaczimirski recepit et manualiter tulit summam trecentorum florenorum pecuniae ipsi per eundem Andream Iaczimirski coram officio actis castrensibus Zidaczowien. inscriptam bonisque eius asseruatam. Racione cuiusquidem receptionis et levationis summae praedictum Andream Iaczimirski et successores eius de summa eadem trecentorum florenorum pecuniae perpetuis temporibus quietat et liberum facit. Necnon et ipsam inscriptionem castri Zidaczowien. cum omnibus conditionibus cassat mortificat ac penitus [illegible] ac ab omni iure integre [illegible] eandem inscriptionem pro nulla et invalida [illegible] ob non complectionem eius [illegible] coram officio [illegible] praesentibus. Sibi et suis posteris [illegible] perpetuum imponendo silentium. Quod [illegible] firmatum est.

Idem quietat Stadnicski

Comparens personaliter coram officio actis praesentibus castrensibus Premislien. Nobilis Lucas Orzel a Mire foro districtus sui quibusvis propriis heredes et huius castri Premislien. iurisdictioni se cum successoribus bonisque suis in toto quo ad hunc actum incorporandum subiiciendo, sanus mente et corpore existens publice volens et per expressum recognovit quia a Generoso Stanislao Stadnicki de Zmigrod recepit et manualiter levavit summam ducentorum florenorum pecuniae ad maiorem summam quadringentorum florenorum pecuniae monetae polonicae ipsi per eundem Stanislaum Stadnicki coram officio et actis praesentibus castrensibus Premislien. modo quovis inscriptam. Racione cuiusquidem receptionis summae praedictae ducentorum florenorum pecuniae ipsum Stanislaum Stadnicki et successores eius de summa sibi [illegible] levata ducentorum florenorum pecuniae quietat et liberum cum successoribus eius facit perpetue. Super residuitate vero summae aliorum ducentorum florenorum pecuniae salvam et illaesam sibi et suis successoribus reservat eandem inscriptionem. [illegible] praesenti vero [illegible] Quod [illegible] firmatum est.

Idem assignat dotem filiabus suis

Comparens personaliter coram officio actis praesentibus castrensibus Premislien. Nobilis Lucas Orzel a Mire de foro suo quibusvis propriis heredes Iuri vero iurisdictioni castri Premislien. se